



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Gradus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

GENER. GRADVS. GRAT. 349

legitima, nisi aliud declarauerit focer in vltima voluntate. Non tamen tenetur computare si opes, aut dignitas personarum sunt adeo magna, vt præsumatur donatio. Tenetur tamen restituere donata vxori à consanguineis eius. cap. 17. num. 166.

Licite recipit fructus pignoris fructiferi traditi sibi à socero in securitatem soluendæ dotis. Idem dicendum de quolibet marito. Ibidem.

Quòd si focer mutuet genero quantum debet ei pro dote, vt ei relinquat pignus ad percipiendum ex eo fructus, quos gener potest percipere, peccat. 273.

GENERATIO: Peccat mortaliter cõlux præbens, vel sumens aliquid ad impediendam generationem, quamuis fiat animo non habendi plurimos filios, quos alere non possit. Quòd si propter hoc semen fundatur extra vas, est peccatum cõtra naturam. c. 16. n. 33.

GRADVS vniuersitatum liciti sunt. cap. 14. num. 31. lit. K. §. 20. & in Nou. nu. 43.

Peccat mort. qui dicit se habere gradum quo caret. cap. 25. n. 59. Item qui accipit gradum immeritum. num. 55.

GRATIA data ad dispensandum cum aliquo cognita veritate precum, quando expiret re integra, morte concedentis. vide tit. Dispen